



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. iiiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

mus: quia infamiae maculis aspersi sunt, nec eos quos lego  
seculi reiiciunt, nos in testimoniu[m] suscipere debemus. En-  
autem consanguineos di: imus, quos diuinæ, & seculi lega  
consanguineos appellant: & in hereditatem suscipiunt, nec  
repellere possunt. Talium enim coniunctiones, nec legi-  
me sunt, nec permanere postulant, sed sunt repellenda. Qui  
quis ergo non est legitimè coniunctus, vel absque dotali-  
tulo & sine benedictione sacerdotis constat esse copulatum.  
sacerdotes vel legitimè cōiunctos criminari, vel in eos te-  
stificari minimè potest: quoniam omnis incesti macula pol-  
lutes infamis est, & accusare supradictos non permittitur.  
Non solùm ergo hi reiiciendi sunt, & infames efficiuntur  
sed etiam omnes eis consentientes.

*Quod nulli liceat de propria cognatione uxorem du-  
cere. Cap. II.*

*Ex cōcil. Hilerdēsi cap. 2.* IN copulatione fidelium generationum numerū rode-  
nimus, sed id statuim⁹, vt nulli liceat christiano de pro-  
pria consanguinitate seu cognatione uxorem accipere, vt  
dum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoriarē  
netur.

*De incestuosis. Cap. III.*

*Ex cōcil. Agathē cap. 10.* DE his qui se incesta pollutione commaculant, pla-  
cuit vt quoisque in ipso detestando & illico carni-  
contubernio perseverant, usque ad Missam tantum ca-  
techumenorum in Ecclesia admittātur. Cum quibus etiam  
nec cibum sumere ulli Christianorum, sicut Apostolus in-  
sist oportet.

*De eadem re. Cap. .IV.*

*Ex cōcil. Agathē cap. 8.* DE incestis coniunctionibus nihil prorsus venia refel-  
tuamus, nisi cum adulterium separatiōe sanauerint Et  
si sanare noluerint, anathematizentur.

*De eadem re. Cap. V.*

*Ex cōcil. Aureli cap. 1.* INcestuosi dum in ipso detestando atq; nephando celeb-  
erant, non inter tides Christianos, sed inter genitores  
aut catechumenos habeantur, id est, cum Christianis non  
sumant potum, non cibum sed soli hoc faciant, non ocul-  
lentur aut salutentur ab eis. Sed si suis sacerdotibus inob-